



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

23. Concambio de villis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

aream juris mei infra muros civitatis illius, habentem per longo pedes tantos & in lato pedes tantos, quæ subjungit ad uno lato terra illo, ab alio lato terra illo, à fronte uno terra illo, & ab alio fronte terra illo. Et accepi à vobis in pretio, juxta quod mihi complacuit, auri solidos tantos, & præfata area vobis præfentaliter tradidi possidendum, ut habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegeritis faciendi liberum perfruatis arbitrium. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, seu qualibet persona contra hanc venditionem venire tentaverit, aut eam infringere conatus fuerit, inferat vobis aut auctoribus vestris dupla pecunia vel quantum area ipsa eo tempore meliorata valuerit. & cetera.

Venditio de campo.

XXI. Domino fratri illo ille. Constat me tibi vendidisse & ita vendidi campo juris mei, situm in territorio illo, habentem plus minus tantum, qui subjungit à latere uno lui, ab alio latere lui, à fronte uno illo, ab alio verò fronte illius. Et accepi à vobis in pretium, juxta quod mihi complacuit, auri solidos tantos, & ipso campo vobis præfentaliter tradidi possidendum, habendi vel quicquid exinde volueris faciendi liberam habeas potestatem. Si quis verò, & cetera.

Venditio de servo aut ancilla.

XXII. Domino fratri illo ego ille. Constat me vobis vendidisse & ita vendidi servum juris mei aut ancillam nomen illo, non furo, non fugitivo, neque cadivo, sed mente & omne corpore sono. Pro quo accepi à vobis in pretio, juxta quod mihi complacuit, auri solidos probos atque præfentes numero tantos, & ipso servo vobis præfentaliter tradidi possidendum, ita ut ab hac die habendi, tenendi, vel quicquid exinde decreveris faciendi liberum potiaris arbitrium. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, seu qualibet persona contra hanc venditionem venire tentaverit, aut eam infringere voluerit, inferat tibi cum cogenti fisco auri tantum vel quantum servus ipse eo tempore melioratus valuerit, & hæc venditio omni tempore firma permaneat, stipulatione subnexa. Actum illo, sub die illo, anno illo.

Concambio de villis.

XXIII. Inter quos caritas inlibata

permanferit, pars parti beneficia opportuna præstantur: quia nihil sibi de rebus propriis censeret minui quod è contra recipit in augmentum. Ideo placuit atque convenit inter venerabile viro illo ex permisso apostolico viro illo* & illustri viro illo ut locella aliqua inter se concambiare deberent. quod & ita fecerunt. Dedit igitur ille venerabilis vir lui locello nuncupante illo, situm ibi, de parte basilicæ sancti ill. memorato lui quicquid ibidem ad præfens de qualibet adtractu tenere videbatur, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, vel omnia ibidem aspicientem. Similiter in compensationem hujus meriti dedit superscriptus ille ad partem memorato Abbate illo vel prædicta basilica alio locello nuncupante illo, situm ibi, quicquid ibidem ad præfens de quocunque adtractu ibidem habere videbatur, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, vel omnia ibidem aspicientem, ita ut ab hac die unusquisque memorata loca, quod acceperunt, habendi, tenendi, vel quicquid exinde pro eorum opportunitate & compendio facere elegerint, liberum perfruantur arbitrium. Illud verò addi convenit, ut si aliqua pars ex ipsis aut heredes vel successores eorum hoc emutare vel refragare voluerit, rem quam accepit amittat, & insuper inferat pari suo, qui hoc facere præsumpsit, auri libras tantas, argenti pondus tanta, & quod repetit vindicare non valeat, sed præfens commutatio, unde duas inter se uno tenore chartas conscripserunt, firma & inviolata permaneat, stipulatione subnexa. Actum illo.

Concambio de terra aut vinea.

XXIV. Ideoque placuit inter illo & illo ut terra aliqua, aut prato, aut vinea, seu qualibet inter se commutare deberent, quod ita & fecerunt. Dedit igitur ille illius campo in loco nuncupante illo, habente tantum, qui subjungit à latere uno illo, ab alio latere aut fronte illo. Simili modo è contra in compenso dedit ille illius alio campo ibi, aut in alio loco, habente tantum, qui subjungit de lateribus à frontibus illius, ita ut ab hac die unusquisque ex ipsis quod accepit habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegerint faciendi liberam habeant potestatem. Si quis verò ali-